Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



79

talia. Consolatores onerosi omes uos estis. Numquid habebunt finem uerba uen
tosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris. Poteram et ego similia loqui.
Atque utinam esset anima uestra pro anima mea? consolarer et ego uos sermonibus et
mouerem caput meum super uos? roborarem uos ore meo? et mouerem labia mea si
parcens uobis. Si quid agam. Si locutus fuero non quiescet dolor meus? et
si tacuero non recedet a me. Nunc autem obpressit me dolor meus? et intuchil re
dacti sunt omes artus mei. Ruge mee testimonium dicunt contra me? et surgentes
falsiloquus adstitit facie mea contradicens mihi. Collegit furorem suum in me?
et comminans mihi intremuit contra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus
oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua? et exprobrantes percusserunt
maxillam meam? saciati sunt penis meis. Concluserunt me dis apud iniquum? et ma
nibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulentus? repente contritus sum.
Tenuit ceruicem meam et confregit me? et posuit me sibi quasi signum. Circumde
dit me lanceis suis. conuulnerauit lumbos meos? ni pepercit et effudit
interam uiscera mea. Concidit me uulnere super uulnus? irruit in me
quasi gigas. Sacco consuti super cutem meam? et opui cinere corpus meum. Fa
cies mea intumuit a fletu? et palpebre mee caligauerunt. Hec passus sum
absque iniquitate manuum mearum? cum haberem mundas ad dominum preces. Terra
ne operias sanguinem meum? neque inueniat locum in te latendi clamor meus.
Ecce enim in celo testis meus? et conscius meus in excelsis. Verbosi amici mei?
ad deum stillat oculus meus. Atque utinam sic iudicaret uir cum deo? quomo
do iudicat filius hominis cum collega suo. Ecce enim breues anni transeunt?
et semita per quam non reuertar ambulabo. Spiritus meus attenuabitur dies mei bre
uiabuntur? et solum mihi superest sepulchrum. Non peccauit? et in amaritudinibus
morat oculus meus. Libera me et pone me iuxta te? et cuius uis manus
pugnet contra me. Ecce enim longe fecisti a disciplina? et propterea non exaltabunt.
Predam pollicet socius? et oculi filiorum eius deficient. Posuisti me quasi in puer
bum uulgi? et exemplum sum coram eis. Caligauit a indignatione oculus